

U 3038/5
1
Incipit libellus sancti Thome de aquino de
vitiis et virtutibus numero quaternario procedens.

Quatuor sunt virtutum spes scilicet Prudentia
ex hac memoria intelligencia prudentia
dignitas. Iusticia ex hac religio pietas
gracia veritas. Fortitudo ex hac magnificentia
confidencia potencia pseuerancia. Temperancia
ex hac continencia obediencia clemencia et mo-
destia. Prima predictarum virtutum hominem ad agnis-
titionem perducit. Secunda dilectionem dei et proximi seruat
Tercia vincit aduersa morteque stempnit. Quarta
voluntatem temperat et temperat omnia. Prima in-
telligit. Secunda diligit. Tercia victoriam prestat.
Quarta modum ponit in omnibus. Hec quatuor virtus
tes mores ornant merita prebent. dyabolum vincunt.
celum aperiunt. Quod agit prudentia in precauendis
insidiis. hoc temperancia in subueniendo miseris. quod
agit fortitudo in tolerandis molestis. hoc agit
iusticia in coercendis vicis. Possumus autem et
alibi dicere quod quatuor sunt honestatum spes. nam virtus
et honestum licet nomina sint diuersa res tamen et sub-
stantia presus est eadem. Et est honestum quod sua vi-
nos trahit. et sua dignitate nos allicit. Viri vero
secundum senecam est habitus animi in modum naturae rati-
onem consentaneus.

De prudentia

GROSHERZOGLICH
HESSISCHE
HOFBIBLIOTHEK